- 2) neque ab homine: siquidem nullum corpus humanum praeexistebat, cujus virtute per viam generationis aliud simile in specie formaretur.
- 3) neque ab agentibus inferioris ordinis: nam quodcumque agens mere materiale aut sensitivum specificè distat ab ordine animae rationalis.

cf. Omnino solutionem difficultatum apud S. Th. prae. art; ex quibus colligitur:

I) Illa virtus qua Deus formavit corpus primi hominis similis est ea qua Deus:

a) operatur "praeter naturae ordinem",

b) "mortui resuscitantur et caeci illuminantur".

II) Rationes causales "sancti Augustini nihil aliud sunt nisi potentia passiva materiae praeexistentis ex qua aliquid determinate a Deo fieri potest.

A Theologis solet appellari: "Potentia obedientialis".

## 2) Respectu causae materialis consideratur formatio corporis primi hominis.

Sit ASSERTIO: DEUS FORMAVIT CORPUS HOMINIS EX MATERIA INORGANICA.  
(St Th. q. 91, a.1)

- a) St. quaestionis: Quaeritur: Materia inorganica, ut excludatur corpus cujuscumque bruti, tanquam materia proxima ex qua formatum est corpus primi homini;  
sive fuerit per evolutionem dispositam aut non,  
sive dicatur Deum mutasse tantummodo virtutem ejus seminalem,  
sive explicatur per transmutationem a Deo organismi bruti in organismum humanum.
- b) Adversarii: Indirecte: Evolutionistae de quibus supra.  
Directe: Evolutionistae recentiores (mitissimè) admittentes, ut oportet, peculiarem interventum Dei in productione corporis primi hominis, sed "docentes, quantum ad dispositionem materiae ex qua formatum est corpus primi hominis, illum a bruto....procedere."
- c) Certitudo: Ut jacet doctrina es. CONFIRMATA Patrum, Scolasticorum, et theologorum omnium aetatum.  
-Nota: Temeritatis nota adversae sententiae tollitur duplici ratione:  
(a) ex una parte admittitur illa "peculiaris" interventio Dei, de qua Comm. Biblica (D.B.:2125)  
(b) ex altera parte non constat utrum Patres et theologi praedictam doctrinam tradere veluerunt tanquam certain et veram doctrinam Ecclesiae.  
- Solius est Ecclesiae "judicare de vero sensu et interpretatione S. Scripturae" (Con. Trid. D.B. 786); quod revera fecit per Cpm. Bibl. sensu supra dicto.  
- UNDE: nihil timendum quoad orthodoxiam fidei, in docendo sententiam adversam, (dummodo servetur specialis interventus Dei).
- d) Declaratio: 1) Ex S. Scriptura (suadetur); Gen. 2, 7.: (attento litterali narrationis)  
(a) "Formavit Deus hominem EX LIMO TERRAE"  
Limo terrae i.o. pulvere de terra (text. haeb)  
(b) Formato corpore primi hominis nondum animatum erat, nam,  
"Formavit Deus hominem de limo terrae, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae, et factus est homo in animam viventem (in "ens vivum", secd. haeb).  
Quod dici non posset si factus esset ex quodam bruto, utique animato.  
N.B.: Plus quam oportet non est sistendum in sensu litterali narrationis, itaque, libenter conceditur; (1) sensus historicus non est necessario urgendus usque ad ultimas descriptiones biblicas;  
(2) sufficit admittere inter productionem corporis primi hominis et creationem ejus animae prioritatem naturae, (non autem temporis).

### 2) Ex scriptis Patrum, Scolasticorum et Theologorum.

(a) Quoad Patres:

Ne unus quidem, qui de origine Adami scripsit, explicitè docuit, ut videtur, corpus primi hominis productum fuisse a Deo directe ex materia organizata seu ex bruto.

Dorlodot (Le Darquinise p. 105) in suum sensum affert S. Aug. (rationes seminales), sed immerito prorsus, quia mens augustiniana e toto coelo aberat a mente hodiernorum transformistatum, ut liquet ex ipso Aug. (De Gen. ad lit. 6; c.15; n.26): "de limo terrae oportebat homo formari secundum rationes causales"; cf.

etiam St. Th. loco pres. de quo supra.

Plura invenies apud Boyer (de Deo Creante, p.195) circa difficultates ex Patribus desumptas.

(b) Quoad Scholasticos et theologos:

Scholastici et theologi, omnium aetatum et scolarum, qui de origine Adami scripserunt, traditionalem doctrinam proposuerunt, nec unquam explicito alludunt ad possibilitatem productionis primi hominis ex quodam bruto, tamquam materia ex qua proxima.

Ad St. Thomam quoad attinet recolere quod in Sum. Theologica I. q. 91, cui titulus: DE PRODUCTIONE CORPORIS PRIMI HOMINIS, in art. 1, quaeritur: UTRUM CORPUS PRIMI HOMINIS SIT FACTUM DE LIMO TERRAE; affirmative respondet S. Doctor, suam assertionem probat, difficultates quatuor sibi oppositas solvit, nec a longe alludit ad brutum. NEC DICAS: productio ex bruto est productio ex limo terrae (remote). Solutio sane vana; fidenter dici potest quod si S. Doctor, in questione sibi proposita, persuasus fuisset

(a) materiam proximam ex qua formatum est corpus primi hominis esse brutum

(b) materiam autem remotam esse limum terrae, cum autem de illo nihil monuerit, neque in corpore art. neque in solutione difficultatum, ipse ad minus perobscurantissime locutus est; quod indignum est tanti victori.

Notetur praeterea quod nullus Commentator D. Thomas, unquam (quantum scio) invenit in ejus scriptis QUANTUM AD ORIGINEM PRIMI HOMINIS descendentiam a bruto.

Dignum notatu etiam est quod ipse Cajetanus qui sibi licitum putat recurrere posse ad sensum allegoricum, ubi de Eva ex costa Adami producta, ~~monstrum~~ nullam tamen movet difficultatem in casu Adami ex limo terrae formati.

UNDE: non facile creditur dein oppositam doctrinam Angelicum aut docuisse, aut imbutum fuisse principiis evolutionisticis, neque in Sum. Theol. neque in aliis operibus: Cf. statim infra S.C.Gent. III c. 22.

De aliis textibus: I. q. 73; De Pot. q.4.; 2 Disp. 14 etc....  
cf. alibi dicta ( De Evol. ad plant. et anim. restrict).

3) Ex ratione;

(a) Directe: Nihil cum certitudine proponi potest, quia cum sit factum contingens, nequit solvi solis principiis philosophicis, ut videtur. Si spectetur sola potentia divina, indubium est Deum posse, si libuerit, corpus Adami producere aequae, sive ex bruto, sive ex materia inorganica; aliqui putant magis manifestari virtutem divinam, si producitur ex materia non organizata.

Si spectetur sola sapientia divina, nequit probari, Deum debuisset eligere materiam organizatam praee inorganicam, NISI PRIUS RITE PROBETUR ORDINEM A DEO STATUTUM IN CONSTITUTIONE NATURAE FUISSE EVOLUTIONISTICUM. (Quod est probandum).

Imo, concessa hac ordine, ratio non esset nisi convenientiae.

(b) Indirecte: Ostendendo quod:

(1) Rationes philosophicae allatae in contrarium non videntur apodicticae, nam,:

1/ Fundamentale principium supra quod videtur elaborata tota theoria, illud np. est: MATERIA PRIMA APPETIT ANIMAM HUMANAM UT ULTIMUM FINEM, cui tribuitur sensus strenue evolutionisticus.  
De quo liceat saltem haec notare;

a)) Illud principium excerpitur ex S.C.Gent. III, c. 32, ubi quaeritur ANIMAE QUOMODO RES DIVERSIMODE IN SUUM FINEM ORDINANTUR.  
Hoc ostenditur duplici ratione:

1)) appetitu materiae ad formam, "sicut in ultimum finem generationis",

Quod sic declaratur:

"Materia prima est in potentia ad formam elementi  
"sub forma vero elementi est in potentia ad formam misti,  
"sub forma mixti est in potentia ad animam vegetativam,  
"itemque anima vegetalis est in potentia ad sensitivam  
"sensitiva vero ad intellectivam;"

"quod processus generationis ostendit".

"primo enim in generatione est foetus vivens vita plantae, postmodum vero vita animalis, demum vero vita hominis..... Ultimus igitur generationis totius gradus est anima humana, et in hanc tendit materia sicut in ultimam formam".

Quod intelligi potest ratione causae finalis, nam statim additur: "Sunt ergo elementa propter corpora mixta, haec vero propter viventia..... Homo enim est finis totius generationis".

- 2)) (ordinatio in finem ostenditur etiam) "motione ipsius coeli ad generationem", aut si majoris agentis spiritualis.  
At: de natura in aliam naturaliter scipsam transformante - ratione universi; aut per accidens - sub influxu causae extrinsecae, sive instrumentali sive principalis, nihil prorsus in praesenti loco.

2// Aliud quasi principium quod solet objici sic proponitur:

"Si materia alio modo (sol. non per evolutionem) ad recipiendam animam naturaliter disponi potuit, talis immutatio et dispositio immediata miraculum fuisset. At, teste Aug. "in prima institutione naturae, non quaeritur miraculum, sed quid naturae rerum habeat" ".

Ubi duo notari possent:

a)) Ad textum Aug. quod attine:

- i) in sua generalitate continet axioma notissimum: Non sunt facienda miracula sine necessitate.
- ii) Ille textus affertur a S. Aug. (Lib. 2 sup. Gen. ad lit. c.1,) et a St. Thom. (1, q. 67, art 4 ) ubi quaeritur: UTRUM CONVENIENTER LUCIS PRODUCTIO IN PRIMA DIE PONATUR? NONDUM producto sole (quarta die) !!

b)) Ad potestatem vero patrandi miracula:

- i) Difficile videtur, limites imponere, a priori, omnipotenti virtuti divinae, etiam in "institutione naturae".
- ii) Actio qua Deus produceret (ex Hypothesi) corpus primi hominis ex materia inorganica nequit dici stricto miraculosa, nisi per prius rite probatur ordinem a Deo statutum ab initio fuisse evolutionisticum (quod est probandum. Miraculum enim, definitur: Actio divina "praeter ordinem naturae".
- iii) Omnes catholici concedere debent cum Com. Bibl. (2123) quod Deus produxit corpus Evae "ex primo homine", et certo non fuit secundum "institutionem naturae", nec propter hoc dicitur stricto miraculum, quamvis ad illud patrandum requiritur eadem virtus divina quae invenitur in resurrectione mortuorum et illuminatione caecorum, sicut in productione corporis hominis ex bruto.

Ubi vides hanc formam evolutionismi sat truncam esse prout limitatam ad productionem solius corporis Adami, ne ad unum quidem par humanum se extendens.

- (ii) Rationes scientificae allatae non videntur assensum mentis cum fulgore rapere.

- 1/ Quoad regnum vegetale et animale, cf. Tremblay, Canada Français, sept. 1936, p.34  
2/ Quoad hominem cf. M. Périer, Le transformisme et l'origine de l'homme (1938)p.265

CONCLUSIO:

- 1) Cum agitur de re ad religionem pertinente (saltem quodam modo)  
Cum Ecclesia jam intervenerit per Com. Biblic. in praesenti  
materia  
Cum melior sit conditio et tutior possidentis  
Cum nihil affirmatur (praesertim novum) quin rite probetur,  
PRUDENTIA postulat non ut serviliter sequamur traditionalem  
semper tramitem, saltem ut non praebeamus illimitatum et un-  
conditionarum assensum doctrinae adversae, donec validiora  
afferantur argumenta.
- 2) Si unquam adversa doctrina probetur, sive philosophice, sive  
scientificae, libentiissime a theologo admittabitur, sed ab ipso  
numquam (tanquam theologus) docebitur - defectu omnis fundamenti  
scripturistici et traditionalis; quod revera optandum est.

Epiph. Apst.

I. Sanctus Gregorius Nazianzenus, in opere  
suo "Epitaphio Synoptica in Hexameron"  
propter suum Basilium Magnum defendere  
nititur et quaedam difficultate in istius  
homini in Alex. ~~et in Alex. et in Alex.~~  
Epiphani, hanc & primo hanc habet de  
circumstantiis quibus propter suum locum  
est. (Est. 66)

1. Plene per modum admonitionis.  
Est. 67-70.

3. Est. 67-70.....70-74  
Est. 78

II de Hominiis Epiph.



Théorie Lamarckienne: environnement molding

Orthogenesis: predetermined internally.

Natural Selection: Environment indirect effect  
by encouragement ---

Théorie Lamarckienne: ~~environment~~

~~distinct~~ effort d'adapt. à l'environn.  
cause change de structure.

UNIVERSITÉ LAVAL  
FACULTÉ DE PHILOSOPHIE



CABINET DU DOYEN

Totum prorsus argumentum  
eorum fundatum in eo, quod Patrio  
et declarationes non dicunt et nulla  
ratio contra ~~nostram sententiam~~ ~~etiam~~  
rationes nostras apponitur.

sed alia pultitiori monstrantur  
forma minantur multi docti, qui  
scliat ~~qui secunda parte et ipse~~  
~~selezione electione~~ et signum, et  
Patulus et hadithum et Selezione  
doctibus in ~~electione~~ ~~propositionem~~  
~~selezione~~ ~~impugnatio~~ ~~propositionem~~  
mentis intelligendum imponendo.

---

Si enim theologus de omnibus  
systema predictis utitur, quomodo  
sapienter dici possit?

---



## Exclure

- des subtils protestants
- des scol. égarés, qui rejettent en pratique
  - la théologie comme science,
  - la phil. & les sc. expér. comme loi.
- Qui croient qu'un argument solide  
est un argument qui peut convaincre  
tout le monde.
- Qui cherchent dans la foi le byzance  
comme tel, et pour qui Dieu est un  
grand fétideur.

Aristote a le plus formellement et le plus énergiquement  
posé la question "que sont les choses", par oppos. "d'où  
viennent-elles" comme première question. Sans quoi  
il faudra procéder par mythe.

Ceci import. pour l'évolution.

Quaestio igitur haec  
maxime circumspicienda est  
ne aliquos intellectus  
imbecilles ex his scandalis  
gloriantur.

3. Matière puissance de toutes les formes: pure puissance, donc pas latitudo.  
En tant que puissance ordonné à son acte, la forme, elle est un appétit naturel — elle est une nature. Contre Vasquez.  
Dans les actes une hiérarchie. (C.G. III 22) p. 241

4. Matière à disposer: ultima dispositio necessitat formam.  
La matière est une puissance réelle. La disposition veut dire: disposition existante. Une détermination réelle n'attend pas l'existence. Ici indéterminisme.

5. Nature et cause extra-cosmique.

a. Si matière est telle puissance <sup>passive</sup> naturelle — il faut qu'il existe une puissance active qui naturellement la conduit vers son acte.  
(C.G. II 22 (p. 106))

b. Le principe est extérieur au Cosmos. Si intérieur, le terme serait atteint. — Du reste, il faut qu'il soit cause suffisante, donc supérieure. Il faut qu'elle soit vivante, et équivoque.

c. Cet appel à une cause vivante et extra-cosmique pour expliquer "naturaliter" les problèmes de la philosophie de la nature, n'est pas nouveau: pour expliquer le mouvement. Car l'inorg. distinct du vivant parce qu'il n'a pas en lui le ~~son~~ principe actif de mouvement.

d. Donc, a fonction pour porter le monde vers son acte ultime.

cf. C.G. III 23 (p. 242):

a) Il faut substance intellectuelle.

b) Cette causalité est naturelle.

c) Peut importe la nature de cette substance.

e. Donc pas génération univoque, mais équivoque, i.e. par impulsion.

6. Diffic. particuliers: passage de l'inorganique à la vie pas difficile.

7. Dispositiones passives sont causées par amenées par lois d'évolution  
M dans le cas de l'homme; la proximale: in ordine causalitatis;  
materialis dispositiva, par évolution; causae formali: par  
forme de l'empiré.

Caullery, 19. - Le problème de l'évolution. Payot, Paris, 1934

Très curieux, en biologie moderne, la finalité est un obstacle, ou du moins n'explique rien. En phil., le problème de l'évol. ne se pose  
pas.



Ma. 22

1. Des considérations méthodologiques sur les différents points de vue auxquels on peut se placer pour étudier notre univers. Cette année surtout unité du Monde - intime cohérence de l'ensemble - point de vue sapiential. Nécessaire cependant de reprendre certaines notions déjà connues par la plupart.

A. Notions préliminaires

Devenir, génération et corrupt., hiérarchie des espèces naturelles, individu etc.  
Démonstration sommaire de l'hylém.  
La fin dernière de la matière son résurrection future.  
L'Homme sujet principal de la Phil. de la Nature.  
La hiérarchie Cosmique au p.d.v. ordo naturae.

B. Preuves philosophiques de l'évolution. ou après ?

La Nature: définition.

- I. 1. La nécessité de l'évolution résultat d'une analyse de la notion de nature comme principe de mouvement dans tout être naturel qui ne peut avoir sa fin que dans l'homme.  
Il y a-t-il toujours différence de sexe?
2. Les natures se rapprochent de cette fin en projetant du temps vers de cette différence.
3. Le monde inorganique par sa nature même est orienté vers la vie. Nécessité d'un moteur immobile extracosmique pour réaliser cette intention.

II. La définition de l'âme.

1. L'âme étant forme d'un corps organisé, et la matière n'étant pas d'elle-même organisée, il faut que la matière soit organisée dans le temps avant d'appeler l'âme.
2. Application des notions de Génération, de corrupt., d'altération et Disposition.
3. Dans les choses perfectibles, l'imparfait précède le parfait dans le temps. In perpetuis non differt esse et posse.
4. L'âme fin du corps. Comment l'intelligence exige le corps.

III. La Hiérarchie cosmique en devenir.

1. Les durées cosmiques: comment à travers elles, le monde tend vers l'aevum.
2. L'évolution comme tendance vers l'immensité.

3. Au point de vue Immanence et Emanation.

4. Comme tendance vers la liberté:

L'Art et la Nature  
L'ordre moral.

#### IIII. De la Philosophie de l'Histoire.

1. Les causes de l'histoire.

2. L'Histoire au point de vue cognoscibilité.

3. Y a-t-il une science historique?

4. Que faut-il entendre par Philosophie de l'Histoire.

5. La Phil. de l'Histoire de Schopenhauer.

#### V. Choses dernières.

1. Peut-on démontrer par la raison la résurrection future?

2. De l'identité numérique des corps après la résurrect.

3. Absence de nutrition et de génération après la résurrection.

4. De quelle manière les corps ressuscité seront de même nature après la ~~réurrection~~ résurrection.

5. Y aura-t-il toujours différence de sexe?

6. De la signification dernière de cette différence.

a. La théorie aristotélicienne et thomiste.

b. Schopenhauer sur les femmes.

c. Digressions critiques.

7. De l'état de l'Univers après le jugement.

a. d'après la S.C.G.

b. d'après les QQ. de Pot., V.



~~12~~ 1er page → plan de cours?

268 A. B.

- A- Article II: De Origine Corporis Primi Hominis 13pp. dactyl. } abbé  
corrections de C.D.K. } Grenier
- Reprise de sous le titre: De Origine Primi Hominis copie corrigée par C.D.K. ? sur la page d), ni des
- Autre version : De Origine Primi Hominis sur papier de Seton Hall College. M. de K. a donné là une série de leçons sur l'Évolution en 1936.
- L'Eglise et l'évolution - 19pp. dactyl. Auteur ?
- B- [Etude comparée sur l'Indetermination - 4pp. dactyl. ~~est~~ à inclure?

\* m. De Koninck paraît peut-être l'auteur de ce long article en latin.

Articulus 11. Peut être est-ce l'article 11 de la Somme de S. Thomas?

## A R T I C U L U S    11.

### -De Origine Corporis Primi Hominis-

1-Status quaestionis.- 1o.Homo qui generatur,est tum a generante naturali,tum a Deo creante.

Homo qui generatur,est a generante naturali ut a disponente materiam ad hoc ut animam humanam recipiat et ejus esse particeps sit.

Homo qui generatur est a Deo creanti multiplici modo:

1) Ut ens finitum,est a Deo creanti ꝑ ut a causa universali totius entis.

2) Formaliter ut homo,est peculiari modo a Deo creanti sub duplici aspectu: a) anima intellectiva,qua est formaliter homo,a Deo immediate creatur et materiae dispositae infunditur; b) corpus hominis formaliter humanum non constituitur nisi peculiari actione creativa Dei: nam corpus fit formaliter humanum in quantum participat esse animae quae immediate a Deo creatur,et ad quam generans solummodo disponit materiam. Etenim ut jam dictum est,in homine non habetur nisi unicum esse,scilicet esse animaequod corpori communicatur.

Hac peculiari creatione hominis (1) in tuto posita,adhuc ~~magnum~~ magnum problema remanet circa originem primi hominis.

Cum anima humana a Deo creatur,quando materiae sufficienter dispositae potest infundi (2),quaerere debemus a quo materia disposita fuit ad recipiendam animam primi hominis. Uti patet,dispositio ista ab alio homine,ut a generante,provenire non potuit. Utrum provenit

(1) Resp. Com. de re Biblica,30,Junii,1909.-Cf Denzinger,n. 2122.

(2) Thesis XV s.Thomae.

immediate a Deo? Si non immediate a Deo, quousque talis dispositio  
opus naturae dici potest? Utrum solummodo ex parte materiae, <sup>etiam</sup> vel ex  
<sup>idammodo</sup> parte agentium naturalium, <sup>aliis verbis</sup> ~~per evolutionem specierum~~. Unde hic ponitur  
problema de transformismo seu de evolutione specierum.

2o. Tria dantur, in scientia naturali, evolutionis problemata, quae ab  
<sup>Set</sup> auctoribus <sup>Utrum</sup> generaliter confunduntur. <sup>alterum</sup>

~~Primum~~ est experimentale, ~~secundum~~ est stricte philosophicum, et  
tertium est partim experimentale et partim philosophicum.

1) In primo problemate, scientia experimentalis primo inquit de  
facto successionis specierum ab imperfectiore ad perfectiorem.  
Secundo istam successionem progressivam aliqua theoria scientifica  
explicare nititur. Theoriae tamen scientificae nullus sensus philo-  
sophicus attribui debet. Etenim imprimis notio scientifica speciei  
<sup>maxime</sup> est ~~magis~~ ambigua, et a notione philosophica speciei omnino distin-  
gui debet.

<sup>occurrit potest</sup>  
Species philosophica naturalis ~~vacatur~~, et differentia essentiali  
constituitur. Quadruplex est: inorganica, vegetativa, sensitiva et  
rationalis.

X Illae species naturales sunt immediate oppositae, i.e. species inter-  
medias inter se non habent. <sup>X</sup> Possunt tamen, non actu sed potentia, in  
infinitum diversimode participari, v.g. species sensitiva alio modo  
participatur in ave, in equo, in bove, etc. Participations istae diver-  
sae a priori non determinantur, sed non cognoscuntur nisi a scientia  
experimentalis, cum stabilitae sunt, et ideo species scientificae seu  
systematicae proprie vocantur. Sese habent ad species ~~naturales~~  
naturales ut quasi-species ad genera <sup>suprema</sup>.

Amplius scientia experimentalis, sicut omnis scientia, complexum (compositum) per simplex explicat, v.g. per elementa <sup>magis magisq.</sup> ~~simplicia~~ <sup>simplicia</sup> mixta seu composita explicat. Sed notare debemus quod in scientia experimentalis, simplex est inferius et imperfectius, dum complexum est superius et perfectius, Ita, v.g. elementum est imperfectius mixto, inorganicum est imperfectius organico, etc.. In Philosophia e contra, simplex est perfectius et superius. v.g. Deus simplicior est angelo, angelus simplicior homine, homo, quia formam spirituales habet, simplicior est bruto, etc.. Ideo scientia experimentalis et Philosophia opposito modo procedunt. Philosophia, inferius per superius, scientia vero experimentalis superius per inferius explicat.

Ideo non mirum est quod scientia experimentalis originem speciei superioris per meram derivationem a specie inferiore <sup>quantum potest</sup> explicare conetur. Explicatio ista tamen legitima est, dummodo non consideratur ut explicatio per causas <sup>proprie dictas</sup>, i.e. philosophica. ~~Ita anima spiritualis, agens spirituale nullo modo in aequatione differentiali Physici includi possunt.~~

X 2) ~~In secundo problemate, philosophus evolutionem specierum speculatur per principia stricte philosophica, scilicet per considerationem materiae primae, formae substantialis, causae efficientis et maxime causae finalis.~~

Principia illa philosophica jam ex parte cognoscimus, sed ea in memoriam ~~perpetuam~~ revocamus:

a) Materia prima animam humanam appetit ut ultimam formam (1).

(1) "Quum vero, ut dictum est, quaelibet res mota, in quantum movetur, tendat in divinam similitudinem ut sit in se perfecta, perfectum autem sit unumquodque in quantum fit actu, oportet quod intentio cuiuslibet in potentia existentis sit ut per motum tendat in actum. Quum igitur aliquis actus est posterior et magis perfectus, tanto principalius in idipsum appetitus materiae fertur. Unde oportet quod in ulteriorem et perfectissimum actum quem materia consequi potest tendat appetitus materiae quo appetit formam sicut in ultimum finem."

Ideo materia prima non existit sub forma inferiore nisi ut tendens ad animam humanam. Unde omnia entia mobilia homini inferiora, uti inorganica, plantae, bruta, non propter se a natura intenduntur (1), sed propter compositum humanum. Nec ad hominem ordinantur solummodo ut nutrimenta, vel ut objecta cognoscenda, sed ut entia intermedia cujuslibet generationis est homo (2).

b) Materia animam humanam appetit ut potentia ad eam non per se disposita, sed p<sup>er</sup> disponenda ab intrinseco. - Si enim materia ex se, esset sufficienter disposita ad animam humanam, semper et ubique informaretur tali anima, nam posita ultima dispositione, necessario sequitur forma (cf. Cosmologia, p. ). Materia vero ab intrinseco gradatim disponitur ad animam humanam per formas inferiores, v.g. ut existens sub forma bruti, est magis disposita ad animam humanam quam ut existens sub forma plantae.

(1) IV C.G., c. 97. - De Pot., q. 5, a. 5.

(2) In actibus autem formarum, gradus quidam inveniuntur. Nam materia prima est in potentia primum ad formam elementi; sub vero forma elementi existens, est in potentia ad formam mixti, propter quod elementa sunt materia mixti; sub forma autem mixti considerata, est in potentia ad animam vegetabilem, nam talis corporis anima actus est. Itemque anima vegetabilis est in potentia ad sensitivam, sensitiva vero ad intellectivam; quod processus generationis ostendit. Primo enim in generatione est foetus vivens vita plantae, postmodum autem vita animalis, demum vero vita hominis. Post hanc autem formam, non invenitur in generabilibus et corruptibilibus posterior forma, quia ad generationem non tendit, sed est terminus gradus. Et si non esset anima vegetabilis, haec vero propter viventia, in quibus plantae sunt propter animalia, animalia propter hominem: homo enim est finis cujuslibet generationis. - III C.G., c. 22...

Et in bruto perfectiore, magis est disposita ad animam humanam quam in bruto imperfectiore. Ideo anima humana quae est prima in intentione naturae, debuit tamen esse ultima in ordine executionis. Certo Deus potest quamlibet materiam ab intrinseco immediate mutare et disponere ad animam suscipiendam (1). Sed tali modo, praeter ordinem agendi totius naturae creatae ~~agere~~ agit, et miraculum producit, sicut evenit v.g. in resurrectione mortui. In productione primi hominis, talis modus agendi excludi debet, quia "in prima... institutione naturae, non quaeritur miraculum, sed quid natura rerum habeat, ut Augustinus dicit". (2).

(1) ".... Quod aliqua forma non subito imprimatur subjecto, contingit ex hoc quod subjectum non est dispositum, et agens indiget tempore ad hoc quod subjectum disponat. Et ideo videmus quod statim cum materia est disposita per alterationem praecedentem, forma substantialis acquiritur materiae.... Quod enim agens naturale non subito possit disponere materiam contingit ex hoc quod est aliqua proportio ejus quod in materia resistit, ad virtutem agentis; et propter hoc videmus quod quanto virtus agentis fuerit fortior, tanto materia citius disponitur, cum igitur virtus divina sit infinita, potest quamcumque materiam creatam subito disponere ad formam". 1-11, q. 113, a. 7, c.

(2) 1a, q. 67, a. 4, ad 3.



c) Omni potentiae passivae respondet potentia activa (1). - Ideo in principio materiae primae potentialiter appetenti animam humanam ut actum ultimum, correspondere debuit causa activa quae eam proxime disponderet ad talem actum. Causa illa non fuit homo aliquis, uti patet; attamen debuit esse vivens aliquod, immo agens spirituale (2), uti sufficiens ad disponendam materiam ad animam humanam quae est forma spiritualis.

Agens istud spirituale, ~~si~~ sive sit Deus, sive sit creatura spiri-  
tualis, seu angelus <sup>(3)</sup> ~~(2)~~, uti sanctus Thomas docet <sup>(4)</sup> ~~(3)~~, non est naturale  
*in quantum* ~~ita~~ existens extra universum entium mobilium. Uti tamen respondens

(1) Omni potentiae passivae respondet potentia activa; potentia enim propter actum est, sicut materia propter formam. Non potest autem ens in potentia consequi quod sit actu, nisi per virtutem alicujus existentis in actu. Otiosa esset igitur potentia nisi esset virtus activa agentis quae eam in actum reducere possit, quum tamen nihil sit otiosum in rebus naturae; et per hunc modum videmus quod omnia quae sunt in potentia materiae generabilium et corruptibilium possunt reduci in actum per virtutem activam quae est in corpore coelesti quod est primum principium activum in natura. - II C.G., c. 22

(2) Nihil enim secundum propriam speciem intendit formam altiore suam formam; intendit enim omne agens sibi simile. Corpus autem coeleste, secundum quod agit per motum ~~suum~~ <sup>suum</sup>, intendit ultimam formam quae est intellectus humanus; quae quidem est altior omni forma, ut ex praemissis (c. 22) patet. Corpus igitur coeli non agit ad generationem secundum propriam speciem sicut agens principale, sed secundum ~~speciem~~ <sup>speciem</sup> alicujus superioris agentis intellectualis ad quod se habet corpus coeleste, sicut instrumentum ad agens principale. Agit autem coeleste ~~generationaliter~~ <sup>generationaliter</sup> ~~in quantum~~ <sup>in quantum</sup> ~~ad~~ <sup>ad</sup> ~~ambrosianum~~ <sup>ambrosianum</sup> ~~moveatur~~ <sup>moveatur</sup>. ~~igitur~~ <sup>igitur</sup> corpus

(3) Non differt autem, quantum ad praesentem intentionem, utrum corpus coeleste moveatur a substantia intellectuali conjuncta quae sit anima ejus vel a substantia separata, et utrum unumquodque corporum coelestium moveatur a Deo, vel nullum immediate, sed mediantibus substantiis intellectualibus creatis, aut primum tantum immediate a Deo, alia vero mediantibus substantiis creatis, dummodo habeatur quod motus coelestis est a substantia intellectuali. - III C.G., c. 23.

(4) Sic igitur formae corporales causantur, non quasi influxae ab aliqua immateriali forma sed quasi materia reducta de potentia ~~in~~ <sup>in</sup> actum ab aliquo agente composito. Sed quia agens compositum, quod est corpus, movetur a substantia spirituali creata, ut Augustinus dicit, sequitur ulterius quod etiam formae corporales a substantiis intellectualibus deriventur, non tanquam influentibus formas, sed tanquam moventibus ad formas. - Ia, q. 65, a. 4.

appetitui materiae /primae quae rationem naturae habet (cf. Cosmologia p.. )debit illam immutare et disponere naturaliter, i.e. juxta ejus exigentias.

Ideo illam debuit disponere secundum successionem temporis, adhibens omnes causas naturales, v.g. per motus locales, etc (1): nam materia prima, uti prima radix durationis successivae seu temporis, (cf. Cosmologia p..) naturaliter totam suam perfectionem immediate non accipit, sed solummodo secundum successionem temporis, *in qua successione appetitus materiae magis magisque in ultimum terminum suum fertur.*

(1) Non tamen est negandum motum coelestem esse naturalem. Dicitur enim esse aliquis motus naturalis, non solum propter activum principium, sed etiam propter passivum; sicut patet in generatione simplicium corporum, quae quidem non potest dici naturalis ratione principii activi. Movetur enim id naturaliter a principio activo cujus principium activum est intra: natura enim est principium motus in eo in quo est. Principium autem activum in generatione simplicis corporis est extra. Non est igitur naturalis ratione principii activi, sed solum ratione principii passivi, quod est materia, cui inest naturalis appetitus ad formam naturalem. Sic ergo motus coelestis corporis, quantum ad activum principium non est naturalis, sed magis voluntarius et intellectualis; quantum vero ad principium passivum est naturalis, nam corpus coeleste habet naturalem aptitudinem ad talem motum. -III C.G., c.23.

d) Formae materiales non fiunt infusione in materia, sed educatione a materia. - Ad formam humanam et ad omnes alias formas naturales aliter et aliter ordinatur materia. Ad illam ordinatur tanquam ad actum recipiendum et infundendum ab extrinseco in materia ipsa disposita; ad istas tanquam ad actus e sua potentia educendos. Nam formas materiales omnes, sive mere corporales, sive vegetativas, sive sensitivas, materia in seipsa potentia continet. Unde hae formae fieri dicuntur, non per creationem quae fit absque subjecto praeexistenti, nec per transformationem unius formae in aliam, sed per transmutationem compositi, i.e. per transmutationem materiae ad actum, seu per educationem formae e potentia ipsius materiae (1).

Materia igitur cujuslibet compositi est remote potentia ad quamlibet aliam formam materialem. Ita, v.g. materia cujuslibet inorganici est in potentia ad formam viventis, et non vivens potest in vivens transmutari, sub influxu tamen causae efficientis quod vitam habet: nam nil reducitur de potentia ad actum nisi per ens in actu.

(1) Quidam enim, ut Plato et Avicenna, posuerunt omnes formas ab extrinseco esse.... Sed in hoc videntur fuisse decepti quia attribuebant fieri proprie actis formis, cum tamen fieri non sit nisi compositi, cujus etiam proprie est esse: formae enim esse dicuntur non ut subsistentes, sed ut quo composita sunt, unde et fieri dicuntur non propria factione, sed per factionem suppositorum quae transmutantur transmutatione materiae de potentia ad actum: unde sicut composita fiunt per agentia naturalia, ita etiam formae quae non sunt subsistentes. - Quodl. 9, q. V, a. 11.

3) In tertio problemate evolutionis, Philosophia naturalis, prout munus sapientiae exerceat, circa affirmationes scientiae experimentalis ejusque theorias reflectit, ad eas judicandas et utilizandas.

Tali reflexione, Philosophus, comparans conclusiones philosophicas et affirmationes scientiae experimentalis, <sup>utrasque</sup> ~~per~~ profundius explicare vult. Explicatio tamen ista non est nisi ad tempus, cum theoriae scientificae sunt mutabiles, *magis magisque tamen perfectae.*

Sed notare debemus quod philosophia naturalis, solummodo uti sapientia, ~~et~~ <sup>per</sup> non vero uti scientia, a scientia experimentalis materialiter, et non formaliter, dependet. Unde conclusio stricte philosophica rejici non debet quia theoria aliqua scientifica non explicatur.

Successionis specierum factum experimentale ex paleontologia certum videtur, et ex anatomia comparata, ex embryologia, ex phaenomeno mutationis, -etiamsi fere omnes mutationes regressivae reputandae sunt-, <sup>unde</sup> ~~inde~~ hodie omnes biologistae eminentiores evolutionistae dicendi sunt.

Theoria genetica ascensus specierum per viam mutationis optime explicat<sup>ur</sup>. <sup>potest</sup> Nulla tamen datur theoria scientifica explicans transitum de inorganico ad organicum (1). Sed inde impossibilitatem talis transitus affirmare non debemus. (2)

(1) Impossibilitas explicationis heterogeneitatis scientiae physicae et scientiae biologicae attribui posset.

(2)

III-Variae sententiae.- 10. Evolutionismus materialisticus theoriam scientificam cum doctrina philosophica confundit. Ideo rejicit ~~prin-~~  
~~cipium causalitatis~~, creationem mundi, creationem et spiritualitatem  
a nimae humanae, et affirmat inorganicum sese evolvere, per ~~successivam~~  
~~successivam~~ evolutionem specierum, usque ad compositum humanum,  
sine influxu causae superioris. Talis sententia rejici debet, et est  
aliena a fide.

*Simili modo*

20. Scholastici fere omnes, praesertim moderni, non satis distinguunt  
inter theorias scientificas et conclusiones philosophicas. Ideo theo-  
riis scientificis sensum immediate philosophicum tribuunt, et in con-  
fusionem incidunt. Ita, ad solvendum problema evolutionis, naturam ma-  
teriae primae non satis considerant; formas materiales quasi subsis-  
tentes concipiunt; tandem mundum entium mobilium concipiunt ut  
systema clausum, supra quod nullum agens spirituale naturaliter agit.  
In hoc vero maxime a sancto Thoma discrepant, qui, <sup>docet</sup> ut patet ex textibus  
citatis, materiam naturaliter tendere ad compositum humanum, sub impul-  
su causae alicujus spiritualis.

Scholastici moderni generatim fixismo seu creationismo adhaeret.  
Creationismus docet omnes species novas oriri, vel speciali creatione  
i.e. creatione proprie dicta, quasi formae materiales per se fierent  
et non educerentur e potentia materiae, -vel speciali interventu Dei, -  
quasi materia prima, ut appetens animam humanam non requireret agens  
spirituale illam naturaliter transmutans et disponens ad recipiendam  
talem animam. Alii tandem dicere ausi sunt quamlibet novam  
speciem immediate fieri quoad formam, fieri quoad materiam specialiter  
et immediate a Deo creatam esse, excepta materia prima hominis.  
Inter scholasticos, aliqui tamen partialiter evolutionismo adhaerent  
sed forsan principia philosophica, et praesertim principium causalita-  
tis in tuto non satis ponunt. Quidam tenent evolutionismum esse possi-  
bilem intra eandem speciem philosophicam, sine interventu causae supe-

rioris,; alii admittunt talem evolutionem a planta ad animal; alii, tandem, sicut Leroy, O.P., Theillard, S.J., Dorlodot, etc. evolutionem extendunt ad corpus humanum. Auctores isti ultimi <sup>X</sup> ~~vel improprie lo-~~ quantur, ~~vel sententiam falsam docent.~~

Thomistae tamen aliqui, uti Sertillanges et perfectus Gardeil evolutionem specierum per ipsa principia s. Thomae explicant, *proprim-  
dine explicant.*

III-Statuitur thesis (1).-

T h e s i s: MATERIA PRIMA, PER EVOLUTIONEM SPECIERUM, DISPOSITA FUIT AD RECIPIENDAM ANIMAM PRIMI HOMINIS, SUB INFLUXU TAMEN CAUSAE SPIRITUALIS CUJUS OPERATIO DICENDA EST NATURALIS.

Prima pars: (Materia prima, per evolutionem specierum, disposita fuit ad recipiendam animam primi hominis). - Si materia prima animam humanam ut actum ultimum et perfectiorem quem consequi potest appetit, per evolutionem specierum disposita fuit ad recipiendam animam primi hominis. Atqui materia prima animam humanam ut actum ultimum et perfectiorem quem consequi potest, appetit. Ergo, materia prima, per evolutionem specierum, disposita fuit ad recipiendam animam primi homini

Ad maiorem: Si materia prima animam humanam appetit ut actum ultimum et perfectiorem quem consequi potest, aut immediate, aut successiv per immutationem intrinsecam, in quantum exstitit sub formis magis magisque perfectis, ad illam disposita fuit. Atqui primum admitti non debet, quia fuisset immutatio miraculosa, et in prima institutione naturae, non quaeritur miraculum; et secundum est evolutio specierum. Ergo....

Ad minorem: Omnis potentia tendit ad actum, et eo magis ad illum inclinatur quo ille perfectior est. Atqui materia<sup>9</sup> primae actus perfectior est anima humana. Ergo...

Secunda pars: (Materia prima disposita fuit ad recipiendam animam primi hominis sub influxu causae spiritualis).-Materiae primae prout appetit animam humanam correspondet causa activa quae illam ad talem actum naturaliter et proxime disponere potest. Atqui quoad animam primi hominis causa ista activa non potest esse nisi causa spiritualis. Ergo....

Ad maiorem: Quia omni potentiae passivae respondet potentia activa.

Ad minorem: Effectui ita ~~pp~~ proportionatur causa efficiens ut sit vel ejusdem speciei ac effectus, vel superioris ordinis, -nam nemo dat quod non habet. Atqui causa materiam ad animam primi hominis non fuit aliquis homo; attamen vivens esse debuit, immo spiritualis, ut disponens materiam <sup>proxime disponens</sup> ad actum spiritualem. Ergo....

Tertia pars: (Operatio hujus causae spiritualis naturalis fuit).-

Operatio respondens naturali desiderio est naturalis, i.e. naturaliter exercetur etiamsi a causa supra-mundana provenit. Atqui operatio causae spiritualis disponentis materiam ad recipiendam animam primi hominis desiderio naturali materiae respondebat. Ergo operatio ista, etsi a causa spirituali proveniebat, tamen naturalis fuit, seu naturaliter exercita fuit.

Major patet ex statu quaestionis.

Ad minorem: Quia appetitus materiae ad animam humanam est naturalis

IV-Corpus humanum formaliter ut humanum quacumque evolutione specierum produci nequit.-~~pp~~ Corpus est formaliter humanum solummodo ratione animae humanae quae est ejus forma substantialis. Atqui anima humana non nisi a Deo creanti immediate produci potest. Ergo corpus humanum formaliter humanum constituitur sola peculiari actione

\* creativa Dei, nec, ut tale, quacumque evolutione specierum produci potest. Et hoc firmiter tenendum est.